TROCHLEA, *instrumentū est cum orbiculis ad eleuanda & deprimenda onera. Cato de re rusti. Trochleas Græcanicas binis funibus sparteis. Vitru. lib. 10. cap. 2. & 3. de trochleis multa, dicta à trecho, quod est curro. Vlpianus titulo locati. lege, sed addes. Tympanum, inquit, et trochleas quibus eleuatur prælum.*

TROZIMOS, *Græce, maturus siue comestibilis interpretatur. Vnde uua quæ esui adseruatur & quæ non est apta uino, trozimos à iurisconsulto appellatur in titu. de uerb. signi. l. qui fundum. Qui fundum, inquit, uendidit, pomum excepit, nuces, ficos & uuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non uini causa haberemus, quas Græci trozimus appellant, excepta uideri.*

TRVLLA, *uas est quo è culina in lauatrinā aquam fundunt atq; ad alia ciusmodi ministeria comparatū. Hora. 2. Ser. pro uase potorio uiliori posuit, dicens: Qui Vetentanum festis potare diebus Campana solitus trulla. Iuuenal. Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Pomponius de auro & arg. leg. l. & si. Veluti paropsidas, inquit, tabulas, trullas. Paulus de fundo instructo. l. tabernæ. Trullæ, inquit, quæ circa cœnam solent traijci.*

TVBVS, *bi, siue sit fictilis, siue ex alia materia, est fistula per quam aqua deducitur, imò uero aquæductus ipse tubulis pyxidatis constat. Hispani aranoras appellant. Columella lib. 1. Aqua, inquit, sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contectam cisternam deducitur. Plinius li. 31. Aquam è fonte duci fictilibus tubis utilissimum est. Seneca lib. 14. epist. Suspensuras balneorum & impressos*

© 2011 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación